

THESES THEOLOGICAE

PRO
PVBLICA DISPVTATIONE
PROPOSITAE
IN MOSQVENSI ACADEMIA An. D. 1776.
QVAS
ILLVSTRISSIMO DOMINO
DOMINO
PLATONI
SS. DIRIGENTIS SYNODI MEMBRO DIGNISSIMO
DIOECESEOS MOSQVENSIS ET KALVGENSIS
ARCHIEPISCOPO
LAVRAE SS. TRINITATIS SANCTIQVE SERGII
HIEROARCHIMANDRITAE
MOSQVENSIS ACADEMIAE AMANTISSIMO
PROTECTORI AC DIRECTORI
offert et dedicat ſumma cum obſeruantia eiusdem
Academiae Rector et S. Theologiae Doctor
ARCHIMANDRITA AMBROSIVS.

I.

Fides, per quam hominibus ingreſſus in foedus gratiae conceditur, denotat ipſum animi actum, quo Euangelium rite cognitum adſenſu ſuo comprobat hinc et fiducia finali recipit, produciturque per regenerationem, vtpote actionem, qua Deus hominem ex ſtatu mortis ſpiritualis ad vitam ſpiritualem perducit, dum ſcilicet fidem perque eam vires vitam ſpiritualem demonſtrantes in eo operatur.

II.

Iuſtificationis noſtrae coram Deo cauſa impulſiua interna eſt ſola benignitas diuina, externa ve[illegible] meritum Chriſti; vt vero hoc meritum nobis imputari queat, ex noſtra parte requiritur fides viua, qua ſcilicet apprehendimus meritum Chriſti, et hac ratione dicim[illegible]r ſola fide iuſtificari, et acquirere ius ad aeternam beatitudinem.

III.

Homini regenito et iuſtificato per fidem opus eſt ſanctificatione, ſeu renouatione, quae conſiſtit in eo, vt quoad omnes facultates mentis, et dona ſpiritualia incrementa capiat, imperfectiones vero exuat; et ita perſeueret in fide.

IV.

Coetus vere credentium dicitur eccleſia, quae ſub Chriſto ceu capite ſuo per miniſtros legitime vocatos dirigitur, eſtque vna, ſancta, catholica et apoſtolica.

V.

In eccleſia Chriſti inſtituti ſunt ritus externi ad obſignandas et conferendas promiſſiones Euangelicas, qui vocari ſolent ſacramenta; tales ritus ſunt nobis ſeptem: Baptiſmus, chriſma ſeu confirmatio, ſacra coena, poenitentia, ordo, matrimonium, et extrema vnctio; quorum duo, Baptiſmus et ſacra coena, ſunt ſacramenta principalia.

VI.

Sancti reuera beatitudinem adſecuti ſunt, atque in hoc ſtatu tum in genere aliquando tum in ſpecie pro nobis apud Deum intercedunt; pro eccleſia in hisce terris militante orant, preces noſtras norunt: nos vero decet eos honorare, inuocare, reliquias eorum colere et imagines habere, collocareque in templis.

VII.

Inſtante die nouiſſimo reſurgent omnes mortui, viuentes autem mutabuntur, et pii pariter ac impii adſtabunt iudicio extremo, in quo iudicabuntur ſuper omnibus ſuis factis, dictis ac cogitatis. Hoc finito pii conſequentur beatitudinem aeternam, quae conſiſtit in communione cum Deo, ſeu fruitione eius: impii vero cruciabuntur poenis aeternis tam ſecundum corpus, quam ſecundum animam. Quod autem mundum hunc concernit, illum non annihilandum, ſed mutandum et renouandum eſſe, ex Sacra Scriptura luculenter colligitur.

Typis Vniuerſitatis Caeſareae Moſquenſis.

ПОЛОЖЕНІЯ БОГОСЛОВСКІЯ

ДЛЯ
ПУБЛИЧНЫХЪ СОСТЯЗАНІЙ
ПРЕДЛОЖЕННЫЯ
ВЪ МОСКОВСКОЙ АКАДЕМІИ 1776 года.
КОТОРЫЯ
СВЯТѢЙШАГО ПРАВИТЕЛЬСТВУЮЩАГО СИНОДА
ЧЛЕНУ,
ВЕЛИКОМУ ГОСПОДИНУ
ПРЕОСВЯЩЕННѢЙШЕМУ
ПЛАТОНУ
АРХІЕПИСКОПУ
МОСКОВСКОМУ И КАЛУЖСКОМУ
СВЯТОТРОИЦКІЯ СЕРГІЕВЫ ЛАВРЫ
СВЯЩЕННОАРХИМАНДРИТУ
И МОСКОВСКОЙ АКАДЕМІИ
ПОЛНОМУ ДИРЕКТОРУ
Съ глубочайшимъ высокопочитаніемъ посвящаетъ оной
же Академіи Ректоръ и Богословіи учитель
АРХИМАНДРИТЪ АМВРОСІЙ.

I.

Вѣра, чрезъ которую человѣкъ вступаетъ въ завѣтъ благодати, означаетъ дѣйствіе души, которымъ Евангеліе совершенно познанно согласіемъ своимъ подтверждаетъ, а наконецъ съ упованіемъ оное пріемлетъ, и производится чрезъ отрожденіе, яко дѣйствіе, посредствомъ коего Богъ человѣка изъ состоянія смерти духовной приводитъ въ жизнь духовную, когда т. е. вѣру и чрезъ ея силы жизнь [illegible] въ немъ производитъ.

II.

Оправданія нашего предъ Богомъ причина побудительная внутренняя есть одно милосердіе Божіе, а внѣшняя заслуги Христовы; но дабы сіи заслуги намъ могли быть вмѣнены, съ нашей стороны требуется вѣра живая, которою объемлемъ заслуги Христовы, и по сей причинѣ говорится, что мы единою вѣрою оправдаемся и пріобретаемъ право къ полученію вѣчнаго блаженства.

III.

Человѣку отрожденному и оправданному вѣрою нужно освященіе или обновленіе, которое состоитъ въ томъ, дабы онъ въ разсужденіи всѣхъ душевныхъ способностей и даровъ духовныхъ преуспѣвалъ, а несовершенства истреблялъ, и такъ неподвижно пребывалъ въ вѣрѣ.

IV.

Собраніе истинно вѣрующихъ называется церковію, которую Христосъ, яко глава, чрезъ служителей законно званныхъ управляетъ, и которая есть едина, святая, соборная и Апостольская.

V.

Въ церкви Христовой учреждены обряды внѣшніе для запечатлѣнія и преподаянія обѣщаній Евангельскихъ, которые обыкновенно называются таинствами. Такихъ обрядовъ мы имѣемъ седмь: крещеніе, миропомазаніе, причащеніе, покаяніе, священство, бракъ и елеосвященіе, изъ которыхъ два, крещеніе и причащеніе, суть главныя таинства.

VI.

Святые совершенно получили блаженство, и въ семъ состояніи то вообще иногда, то особенно за насъ ходатайствуютъ у Бога, о церкви на земли воинствующей молятъ его, о призываніяхъ нашихъ свѣденіе имѣютъ; а мы должны ихъ чествовать, призывать, мощи ихъ почитать, иконы имѣть и поставлять въ храмахъ.

VII.

Въ послѣдній вѣка сего день воскреснутъ всѣ мертвые, а живые измѣнятся, благочестивые равно и нечестивые предстанутъ предъ судъ Божій, гдѣ судимы будутъ о всѣхъ дѣйствіяхъ, словахъ и помышленіяхъ. По окончаніи сего благочестивые наслѣдятъ вѣчное блаженство, которое состоитъ въ сообщеніи съ Богомъ, а нечестивые мучимы будутъ вѣчно какъ по душѣ такъ и по тѣлу. А что касается до сего міра, то онъ не уничтожится, но измѣнится и обновится по свидѣтельству священнаго писанія.

Печатаны при Императорскомъ Московскомъ Университетѣ.

